Fragmentarium

mirra · allii dolias · viiij · lasaris · [illegible] · uncias · viiij · [illegible] ter da cum uino cal · i ·
bibe in balneo. Ad canis rabidi morsum aut aliarum ferarum · Sanguisugas inpones et conpera
tum sal tritum [illegible] et super cucurbitas aut cornum pones · Porro adid · Cancros fluminales in olla
ignita conbureas puluerem facias exinde dragm · x · Libanio dragm · v · Genciane puluerem dragm · v · con
miscens da exinde cum palea ieiuno diurnis dieb; · xl · et ponacis rad · cum sal tritum uulneri
inpone et radix aristolocie longe trita · et apposita utilis est. Si quis uenenum acceperit
uel maleficia · aut medullam hominum super ferit · aut cum pulmones conputruerit · Radice
herbe basiliscae collectam fere unctura una · terat diligenter et cum ceruisa noua bibat
reuiuiscet. Et si fastidiauerit · sal manducet. Si autem serpens maior fuerit · et ipsa herba
non potuerit inuenire · collige mora terrestria nigra et suco expresso cum cannabi granis · xv · tere
exinde · iii · coct accipe. Si semen non habuerit · accipe eius cimas [illegible] cannabo · iii · cum sup
dicto suco confice. Si quis medullam humanam bibit · medullam lupinam accipiat. Si quis uenenum sup
ferit · dictamni suci · ut aristolocia rotunda cum uino bibat. Ad inherbatum ·
Dragantea · et lilirica · ana · an · ter cum uino bibat · et super stomachum mittas rad · caulis siluaticae
coctas et tunsas stomacho inpositas · omnia uenena euomat. Ad aqua[illegible] costas
mirifice pocionatis subuenit. Ad eos qui serpentem · aut alium uermem uiuum inuenerunt habent
Atramentum spissum bibat statim liberatur · Post unum forte quantum potest bibat · lo marrubio · Saluia · ab
sincio · opio · ana manipulum · i · coquens in aqua ad tertias · faciens tertium de sarmentorum cinere · et quantum
de suco habes per linteum colabis addens olei tertiam partem · da bibere luna decurrente per dies · iij ·
aut plus si opus est. Ad fungos uenenatos · Ante omnia oleum bibat paciens · rafanos cum sale man
ducent · aut semen eius cum uino bibat · lo aceti partem · i · mellis partes · ij · cum oximelle et fimo pullorum
bibens ipsos fungos euomet. Ad crapulam et cruditatem · origanum cum aqua calida · [illegible] mastix
cum coctis in aqua bibat. Vnguentum ad febres · pepere suco partes · ii · olei · i · conmisces · [illegible]
facto unguento unges similiter exgeneris · manca · et exinde coct · i · inuertice caput perunges ·
Item alias · [illegible] rad [illegible] lib · i · nepte suco lib · ij · olei · i · medulla ceruina unc · ij
cera unc · i · in olla rudi coques lento igni semper agitando ut medietas remaneat ·

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.15, 5r – Medical recipes
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ofbm/5117/48836)